conatum evacuavit. Judices enim, testibus eius audiis, sententiam pro ipso protulerant eique Brandenburgensem episcopum eiusdem sententie executorem dederunt, qui Groczitz adveniens convocatis castrensibus et villanis forum et Theoloneum et monetam in loco illo haberi auctoritate apostolica interdixit omnesque, qui in ~~illa~~ ipsa villa ad ius forense residentiam facerent, eadem auctoritate excommunicationis vinculo innodavit et loca interdixit.

Verum cum adhuc abbas marchionem de damnis ab eo et ab his, scilicet Theoderico comite et Conrado marchione Lusatie, quorum hereditatem acceperat, sibi illatis impeteret, quesque adseptem milia marcarum et quingenta computaverat, et propter ~~hoc~~ totam terram marchionis archiepiscopus Albertus Magdeburgensis sub interdicto posuit, ut supra dictum est. Sed tandem compositione interveniente conquiesciva sopita fuit, ita quod marchio et abbas se invicem pacis ~~osculo~~ osculo receperunt. Deinde marchio Theodericus habuit uxorem Juttam, filiam Hermanni Thuringie lantgravii, ut supradictum fuit, ex qua genuit primo duos filios Ottonem et Conradum et filiam ~~Hedwi~~ Hedwigam, qui in iuvenute mortui fuerunt, ex post ante finem vite sue biennio genuit Henricum illustrissimum principem, de quo plene in sequentibus dicetur. Acciderant ~~huic~~ huic Theoderico ex post multa pericula et gravamina. Nam milites quidam a Liptzensibus conspirantes ipsum interficere disponebant. Anno M°CC°XV certos armatos ad hoc deputaverunt, que Ysenburg venientes in vigilia sancti Nicolai in tempestate noctis silentio ad ianuam hospicii pulsantes, dicebant, quod deberent necessario marchioni loqui. Quedam autem puellula hec audiens iuit ad lectum ipsius, requiriens, si

indices

lusgavie

ex pg ante o.

accideranti

a/ quidem c. + f. CCLXIIII d

testibus

certos

quedam